



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

VII. Syllabus Authorum qui è Calvinianis damnatam à Romonstrantibus
tenent sententiam, & cur eam Syllabum ediderint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

non vereantur afferere, Deum positiū subtraxisse homini gratiam, sicut, cum quis fulera & columnas domui sustentandā positas subducit, unde dominus casum & ruinam sequi necesse est; alij vero disserēt afferment, Deum voluisse ut homo laberetur: alij ex decreto Dei arcano lapsum, alij necessariō peccasse, alij ordinatione Dei factum ut laberetur, afferant. Quæ omnia etiā phrasibus aliquo modo discriminari videantur, re ipsa tamē in idē recidūt.

III. Ex quo fundamento facile appetet i. Distinctio illā necessitatē in necessitatē coactionis & necessitatē infallibilitatis, eo quo ab auctoribus his usurpatur sensu, aut nullā prōfus, aut admodū frivolam esse; cū praterquā quod infallibilitas in propriè, nō rei aut enti competat, utraq; necessitas tā infallibilitatis, quā coactionis antecedens sit; ac proinde cū libertate consistere nullo modo possit. Et si verō infallibiliter dici possit evenire vel evenitrum aliquid ex aliquo, quod ex eo tamen tanquam causa per vim aut pondus aliquod impressum agere, non profiscitur, sed tantum quod ad positionem eius non potest non existere, tamen id ipsum abundē sufficit ad hoc, ut non minus necessariō tale quid evenire dicendum sit, quam quod per coactionem aut vim efficitur. Non n. tantum vis aut impulsus violentus tollit libertatem, sed quidlibet ad cuius positionem, effectum, vel eventum existere necesse est, etiam si nulla accedit ad eventū producendum vis aut efficientia: quæ res si bene attēdatur, magnā in hoc negotio totū lucē adferre potest, & non obscurē demonstrare multos eorum, qui Prædestinationem in lapsu tantum admittere velle videntur, ultraque ire non audēt, nullo prōfus iudicio id facere, & in codem cum alijs Supralapsariis luto hærente.

IV. Ex hoc sequitur nullo prōfus fundamento nisi, quod auctores huiusc sententiæ hominem liberē tamen peccasse ex parte sua afferant, cum possit istā permissione nō posset non peccare. i. in potestate hominis non esset à peccando abstinerē: Et hanc ratione, si quis penit^o eorū sententiā perspicere velit, videtur accipendū, cū dicunt hominē mutabilē cōditū fuisse. i. nō q̄ posita permissione mettere posse libere se ipsum homo interno & p̄p̄z in quo erat, excidere & sic mutari cū non tam possibile quā necesse foret. Quod quidam observantes dicere malunt, ideo Adamū liberē peccasse; quia cum voluptate, cum gaudio, sive libenter legem transgressus est: quæ definitio libertatis si obtrinere

debeat, iam summè necessaria sumē libera erunt.

V. In eptam esse distinctionem illam, qua inter Electionem & salvationem, inter reprobationem absolutam ad exitum aeternum, & damnationē ad aeternum exitum ut pœnā, tanquam inter actus dominij & iudicij distinguitur: cum posito absoluto Electionis ad vitam aeternā, siue saluandi decreto, salvatio tanquam actus iudicarius, siue actus, quo nullo modo possit, quia hacten finē suum prīmō intentū plebare nō conseruetur Deus, puta laudē absoluta misericordia & gratia. Deinde cū liberē præstandi, fine suo frustrari posset Deus; aut si frustari non posset, eo q̄ ipse efficere decernat in homine quid ab eo postular, tū conserue homini vitā sub ratione prāmij promissi nequeat. Deinq; quia posito absoluto reprobationis fructū, vel ut alij, interveniente tali permissione peccati, qualis supra annotata est. Vbi autē necessaria est ex vi decreti primi peccati, & proinde damnationis futuritio, ibi damnatio tanquam actus iudicarius locum habere nequit. Quod enim necessariō nulla præcedente culpa sit, id culpæ rationem habere nequit; ac proinde quæ sequitur punitio iusti iudicij nomen non meretur.

VI. Ex decretorum coordinatione appetet, quā ratione restē dicatur, ab illis statui Deum ciasce exitū, sed etiam ad damnationem. Et si enim statū damnatio est effectū vel consequens potius aliquod ex intentione primi finis & decreti subsequentis necessariō fluens. Certeissimū autē est eū, quē ex hypothesi decreti primi incidere in damnationē necesse est, ne sc. decretū frustra factū fuerit nō minus ad damnationē creatū esse q̄ ad exitū, & nō tanquam ad finē, salte tanquam ad necessariū consequens. Qua re obseruatā multi non minime contro D.D. à locutione hac se non abhorrete in scriptis suis palam facere non erubuerunt.

VII. Sub reprobatione horum numero complecti solent. Contra Rem. nō taoū adultos omnes gentiles, incredulos, & eorū plerosq; tenellos & viz dū divinae fessitudinis, etiā ante rationis vſam ex hac via discedentes, destinatos esse affirmant: sed non paucos etiā fidelium libertos à sanguine materno ad hoc

Kuc calentes, tenellas illas animas vix dū in lucem editas, tanq; si idē nascetur ut æterū miseri forent, & in enarrabilibus cruciatibus animo & corpore torquerentur ad gloriam Dei. Quæ res etiā duxitq; horrora videatur, ac proinde etiā à quibusdā Cōtra Rem. subinde negari aut incrustari initū in modū soleat, tamen ita plena ac certa est, ut qui hac in re hæsitant, non tā iudicio ac ratione certa adducantur, quā solo metu, ne vid. hæc vna palpabilis crudelitas fidē illis omnē atq; existimationē adimat apud Matrem familias, aliosq; quibus liberū suorum salutis tenerimē curæ ac cordi est.

Vt appareat verum esse quod dicimus, videatur tantummodo locus D. Paræi de Ammissione Gratia & statu peccati contra Bellarm. lib. 6. pag. 891.

Nec Zwinglius, nec Calvinus, nec quisquam nostrū indefinitè omnes infantes sine Baptismo vel in utero matri, vel in partu, vel dū ad Baptismū gestantur, decederet in casu cū beatus collocat, sed de solis infanticibus Ecclesia in fædere natis, si morte preueniantur, canone charitatū ita pronunciant ex singulari privilegio promissio nis, parentibus & liberu facta in fædere, Ego Deus tuus & semini tui: Saluātamē Electione Dei, qua ut olim in Abraham & Isaaci familia, ita deinceps in fidelium liberis sepe disserimē fecit ac facti, nobis nec scrutandum nec fugillandū, sed adorandū. Rom. 9.11. Hæc est nostra & nostrorū D.D. constans de hac quæstione sententia.

Verū quidē est, aliud quid de infantibus fidelium, quam in fidelium dicere velle videtur Paræus, sed si verba propius introspicias, idē planè dicere iudicandus est: Canonis enim caritatis mentionem cum facit, indicat nō obscurè certā fidē tenendum non esse, q; de fidelium liberis ait, sed ex charitate tantū statuendū, quæ non ratiō fallitur; & sub hoc velo multi latere haecen studuerunt, sed frustrā. Dū enim iudicij huius ex caritate profecti fundamentum allegant, promissioē divinā adferre solent, vt & hoc loco D. Paræus: at promissio non est iudicij charitatis, sed fidei certissime & indubia fundamentū. Deinde cū saluā manere vult Electionē, iterū ostendit, quæ ratione verba sua intelligi velit. Et sanè si fundamentum eorum videatur, nulla causa est, cur de infantibus fidelib; in infantia morientibus aliter statuant, quam de cæteris reprobis, cum reprobatio facta sit ex genere quidem humano laplo, vt quidā voluot, sed absq; illo respectu in peccati tanquā in causam meritorię aut impulsuā Reprobationis. Id si verū sit, cur majore infantū ex fidelibus natorū comiseratione quam aliorū reprobiorū & ex infidelibus natorū, duci

velle, aut ductū Deum esse afferunt? Si quis dicat actualia peccata deinde intervenire in adulis, per quæ reos se ipsos condemnationis faciunt. Kēpōdūtū ex ipso principijs. 1. d in liberis eorum in infantia morientibus locum non habere. 2. Eadem peccata esse vel effecta vel consequentia saltem Reprobationis necessaria & evitabilia, ac proinde per ea condemnationis reos fieri non posse.

Si dicabt promissū extare divinū, Ego Deus tuus & semini tui: Regeri poterit, promissū illud ad infantes in infantia morientes non restringi, sed ad omnes quatenus ex Abraham nascituri erant extendi, ac proinde si id generatim accipere velint, ad omnes omnī fœderatos infantes referendum esse. Quod si admittant: Sequeatur alterutū necessariō: Aut omnes infantes fidelium, siue moriantur, siue non moriantur, salvandos esse. Aut fieri posse, vt iij, qui semel electi fuerunt ex gratia Electionis excedant. Vtrum terigerint, vlcus erit.

Accedit, quod infantes fidelium qua tales baptizentur. 1. signo fœderis obsignentur, nullā habitā ratione eius an supervictori sint necne, idq; ex hoc maxime fundamento, quod res signata iphis verè competat. Vnde firmiter concluditur, statuendū necessariō esse aut infantes omnes fidelium baptizatos saluatū iri, aut si non salvandi sint omnes, fieri posse vt iij, quibus remissio peccatorum semel obtigat, eadē deinde rursus in totū & finaliter priuentur. Aut si neutrū dicatur, affirmandum erit infantibus fidelium omnibus ac singulis rē signatā non competere, sed esse inter eos, qui electi sint, & qui reprobū, ac proinde omnes quotquot baptizantur hac conditione baptizandos esse. Si electi sunt, per consequens electionē & reprobationē in illis qualib; locū habere debere. Id quod certissimum esse cū intelligent Argentinensis Ecclesiæ Ministri, monitos concionatores omnes suos valuerunt in Confessione Argentenis Ecclesiæ Annī 1539. cui subscripti erunt Bucerius, Capito, Hedio & reliqui ministri, vt neminem baptizarent nisi hac particula vel expressa vel subintellecta. Ego, o Deus hunc baptizo secundū Electionem & propositum divina voluntatis tua. Vide Artic. 18. Quod deinde secundus sententie huius ingenuus professor Zanchius, sub eadē hac conditione, si electi sint, vel expressa, vel subintellētā baptizari infantes fidelium afferat.

Hæc Remonstrantes pag. 23. usq; ad 45. Auctoriū suorum parte secundal Hardervici A. 1620. in 4. editorū quibus visum est apponere & subiecte syllabū omniū eorum testimoniōrum, ex quibus su-

gula totius huius articuli, de predestinatione membra quae ipsi dammarunt, ad oculum exhibentur, propter a defensoribus ante dictarum sententiarum, scriptis publicis editis asserta fuerunt, & hodie dum reperiuntur, ad quae hic omisso otio indulgere volentem, lubens remitto, ne pluribus blasphemis referendis Catholicas chartas maculam.

VII. Rationes, ob quas impulsi Remoustrantes eiusmodi syllabam ediderint, solum addo, sunt autem haec.

1. Quia nulli rectius & placius sententiā istam de Electione & Reprobatione ante lapsū & circa lapsū exposuerunt, quam si qui in ea Syllabo citantur, cùn maxima parte principiū sit & ceteris istius sententiā adserentes ac patrōni.

2. Quia ipsi Contra remonstrantes in hoc nostro Belgio passim in scriptis suis, vbi de his questionibus disceptatur, super horum Doctorum cōfessu gloriāntur, & ob hoc nouitatis nos insimulant, quod ab illis dissentiamus. Patet hoc ex numero contra Declaratione Contra Remonstrantium Illust. Ord. Hollandiæ & VVestfrisiæ traditā Anno 1617. In qua sententiā suā antiquitatem ex horum auctōrum suffragio circa hanc ipsa capita stabilior, disertè affirmātes illos ipsos sententiā suā fuisse addictos, eandemque magna cum edificatione, & rationi cū assenso Ecclesiātū reformatarum, &c. concessionibus & scriptis tradidisse, ac propugnasse. Probat hoc Adriani Mouei liber, quem Concordiam indiget, in quo prolixum corundem auctōrum Syllabum recitat, & eorum ὀρθοζεῖαν (licet infeliciter) probare conatur. Probat hoc Iacobi Triglandij ministri Amstelodamensis prolixum opus, cui titulum fecit: Defensio doctrinæ & existimationis reformatarum Ecclesiātū; in quo pro istorum Doctorum dictis quam maxime horridis, tanquam pro Ecclesiā doctrina decertat, ac si Ecclesiā sua doctrina & existimatio constare non possit, nisi integris & illās istorum DD. de predestinatione placitis.

3. Quia quām plurimi, libri horum Auctōrum de his ipsis questionibus, partim Belgico idiomatico conscripti, partim ē Latino in Belgicū versi, in vulgus apud nos sparsi sunt, & indies sparguntur, non sine graui offendiculo & Ecclesiātū nostrātū conturbatione. Horum ergo sententiam in hac Synodo proponi ac refutari quam maximē necesse est.

4. Quia pātim scriptis, partim concessionibus hoc nomine accusātur, quod sententiam horum DD. mala fide proponamus. Vide Collat. Hagiensem pag. 6. & 7. Edit Belg. & pag. 20. & 38. Quae causa est, cur ipissima eorum verba hīc adducere operā pretium duxerimus.

5. Quia Contra Remonstrantes fatentur, se & cum Supralapsarijs & cū Sublapsarijs Doctoribus in summa doctrinā huius conuenire. Vide Collat. Hag. 24 Editione Belg. pag. 31. Triglandius in moderato Christiano pag. 31. Quae etiam utriusque sententiā Doctores allegati expedīt.

6. Quia vulgo Contra Remonstrantium sententia nobis impingit, & nostra ipsis. Quare postulat res, vt oībi Christiano constet, quid ipsis suis verbis de his doctrinæ capitib⁹ enuncient Contra Remonstrantes, adeoque etiam illi, è quorum scholis & libris doctrinam suam hauserunt nostreates.

7. Quamobrem aperte & ingenuè testamur nos horum Doctorum sententiam & dicta non allegare vt eos traducamus, aut debitæ ipsorum existimationi detrahamus, sed ob rationes iam dictas. Arbitramur enim viros fuisse clarissimos, & optimè de Ecclesia in multis meritos, quorum etiam nevos & lapsus regere voluissimus; nisi ad horum propositionem & refutationem, nos adigeret necessariæ causæ nostra defensio, quin & ipsi Contra Remonst. affirmando à nobis iniuriam istis Doctoribus fieri, nec talia ab illis doceri, adegissent. Non ergo hoc agendo sepulchra horum Doctorum impuris manibus refodere conanunt, vt objeicitur, sed vt Dei & Patris nostri cœlestis gloriam in horum errorum refutatione asseramus & vindicemus. Et profectò si ijs ipsi Doctoribus licuit quamplurima reprehendere in omnium ferme Veterum Patrum, & tot Ecclesiæ priscæ lumen, Irenæi, Cypriani, Chrysostomi, Hieronymi, Augustini, & aliorum scriptis, cur & nobisdem non licebit in Neotericorum DD. scriptis? Nec verentur recentes nostri Theologi ipsos Lutheri de re sacramentaria cirores taxare, & publicis scriptis refutare. Accedit, quod illi ipsi, quos citamus, Doctores sententiam suam clam esse voluerint; sed editis scriptis expressam iudicio Christiani orbis subiecerint. Maior ad hanc habenda est ratio edificationis Ecclesiātū & boni publici, quam particularis existimationis horū DD.

cui

Ei tamen apud eos iudices nihil propterea detrahatur, cum falli & labi humanae naturae vitia sint, & doctissimum etiam virotum hæc sors esse soleat, à vero subinde aberrare. Certe non vereatur Reuerendus Episcopus Satisburicensis in numero suo scripto aduersus Thomsonem edito VII. helmi Perkinasi celeberrimi apud Anglos Theologis sententiam super Prædestinationis dogmate, falli censurâ notare, pag. 83. Perkinsus vir aliqui eruditus & pium in descriptione divina Prædestinationis, quam ille contra nostram, contra veteris Ecclesie fidem contralapsum Adami absolutè, decretam constituit, errauit errorum non leuem, cuius ad dottis quibusdam viris iniustiām dudum & suscepta defensio, turbas Ecclesie non necessaria dedit, quæ se ita non sine scandalo & pericula harere videmus, &c. Ita Remonstrantes.

De Galuinianis alijs contra predictas sententias, tanquam impia, pugnantibus, sive de Remonstrantibus eorumque doctrinæ pietib[us] opposita.

Cap. IV.

I. Sententia Remonstrantium de prædestinatione X. Thesib[us] exposita.

II. Declaratio harum Thesib[us] facta per ipsos met Remonstrantes A. 1619. 14. Ian. exhibita in Sy-
nodo Dordracena Galuinianorum.

III. Quomodo cuncti Galuiniani in Voce Electionis intelligenda.

IV. Quomodo idem inter se discrepant.

V. Explicatur finaliter sententia Remonstrantium, quantum ad prædestinationem attinet, consensu in quatuor punctis, nempt' causis, obiecto, conditionibus, discrimine inter Electionem ad gratiam & ad gloriam.

VI. Remonstrantes occurrant quibusdam abib[us] & ob
jectionibus de Fide & Christo, contra aduersarios.

VII. Ordinem decretorum diuinorum in Electione se-
cundam suam sententiam proponunt Remon-
strantes.

I. Sententia Remonstrantium quam in con-
scientia sua Verbo Dei consequaneam esse
arbitrati sunt haecenous, & etiam bonum arbit-
riantur, circopinum de Prædestinationis
decreto Atticulum, hæc est:

x. Deus non decrevit quenquam ad vitam æ-
ternam eligere, aut ab eadem reprobare ordine

prius quam euædem creare decreuerit; citra vñius
obedientiaz seu inobedientiaz antecedentis intui-
tum, probœplacito suo, ad demonstrandam glo-
riam, misericordia & Iustitiaz suæ, vel potestatis
& dominij absoluти.

2. Cum decretum Dei de cuiusque hominis
tum salute tum exitio non sit decretum finis abso-
lutè intenti; sequitur neque eidem decreto sub-
ordinata esse mediatalia, per quæ ad finem desti-
natum tum Electi, tum Reprobi efficaciter atque
inevitabiliter perducantur.

3. Quare nec Deus hoc Consilio creauit in vno
Adamo omnes homines in recto statu, non ordinauit lapsum, eiusve permissionem, non subtraxit
Adamo gratiam necessariam & sufficientem, non
procurat Euangelium praedicati, homines externe
vocati: non confert illis vña dona Spiritus S. vt
ista media essent per quæ eorum aliquos ad vitam
perduceret, alios vitæ beneficio destitueret. Christus
mediator non est solum executor Electionis,
sed ipsius decreti electionis fundamentum: Quod
alijs efficaciter vocantur, iustificantur, in fide per-
seuerant, glorificantur, causa non est, quod abso-
lutè ad vitam æternam sint electi: Neque quod
alijs in lapsu deserantur. Christus ijs non detur,
prosuls non aut inefficaciter vocentur, induren-
tur, damnentur, causa non est, quod à salute æter-
na absolute sint reprobati.

4. Deus non decrevit sine intervenientibus
peccatis actualibus multo maximam partem homi-
num, ab omnis salutis spe seclusam in lapsu re-
linquere:

5. Deus ordinauit vt Christus sit propitiatio
protius mundi peccatis; & vi ipsius decreti,
statuit credentes in ipsum Iustificate & salvare,
hominibusque media ad fidem necessaria & suffi-
cientia administrare, caritate quam nouit suam
Sapientiam & Iustitiam decere. Neq; aquam au-
tem destinauit ex vi decreti absoluти solis electis
Christum Mediatorem date, eodemque solo fide
per vocationem efficacem donare, iustificate in fi-
de conseruare at glorificare.

6. Nec à vita æterna, nec à me dijs ad eam suffi-
cientibus vñius reiectus est absoluto aliquo ante-
cedaneo decreto; sic vt meritum Christi, vocatio,
omoiaque dona Spiritus prædestinatus ad salutem omni-
bus possint, & reuera pro sint, nisi ea ipsi in exi-
tuum sibi eorundem abuso verrant: ad incredulita-
tem autem, impietatem, peccata, tanquam media
& causas damnationis, nemo destinatus est.

7. Electio